illisq̀ quiete et pacifice vti fruendi ac ad vsus suos et Suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectuati convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

# Zurowski Officium praesens Quietat

No 2

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Nicolaus Zurowski, sanus mente et corpore existens, a Terrestribus Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq̀ suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq̀ subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Regebreth Bialy ... Generosi Andreae Dubrawski proprium, per Famulos Generosi Stanislai Casimiri Krainski circa receptionem equorum receptum et ad sequestrum Officij praesentis traditum effidemissit, et ad Suam fidemissoriam cautionem recepit, de quo ad praesens per se recepto Officium praesens tam suo quam suprascripti Generosi Andreae Dubrawski nomine quietat, emittit dimittit, liberumq̀ et absolutum perpetuo pronuntiat, Inscribens se Officium praesens respectu praesentis effidemissionis in omni Iudicio et Officio Regni, tuiturum et euicturum, Idq̀ sub Damnis Terrestribus simpliciter absq̀ corporali Iuramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem, sive eius successores ob non satisfactionem submissionis suae ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxandis [illegible] nonq̀ satisfactioneq̀ submissioni suae, citatus existens, memoratus Recognoscens Generosus Nicolaus Zurowski, sive eius Successores, Ad Instantiam Officij praesentis nunc et pro tempore existentis, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, extunc recessu suprascripto quo ad res ponderabiliores

spectat

spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio. Stare, iuri parere respondere Damna praefacta Terrestria luere, Inscriptioni praesenti in toto satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eaq omnia inscribit et obligat praesens, Illum Terminum primum in primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusq Terminos semper peremptorios, Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitus vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castren Capitanealis Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, Nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri; bello, Conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis evadendo Hac sua sponte ptio regne ad praoia mediante.

# Ilnicki Komarnickich Quiett.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Nobilis Theodorus Ilnicki, Nobilis Hrehorij Ilnicki et Mariannae de Komarniki Lubschowska Coniugum filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibuscuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum huius attinet seseq Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et coniunct Parentum suorum acq Nobilium Michaelis Ilnicki fratris Basilij Czernecki et Annae Ilnicka sororis suae 152

sororis suae